



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

69. Apes: Ex D. Greg. Nazianz.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

HIRVND O.

Ex D. Ambrosio hexam. lib. 5.
cap. 17.

Descriptio LXVII.

Hirundo, minuscula corpore, sed egregie pio sublimis affectu, quæ indiga rerum omnium, pretiosiores auro nidos struit, quia sapienter ædificat; *Nidus enim sapientia preciosior est auro, & cætera, de quibus alibi dictum.*

GRVES.

Idem lib. 5. hexam. cap. 15.

Descriptio LXVIII.

Manifestum sane est, in Septentrionalem plagam, hyeme græves frequentissimas conuolare: nec piguerit meminisse, quatenus ex-

peditiones suas dirigant. Sub quodam militiæ cunctis signo, & ne perigentibus ad destinata vis flatuum renitatur, arenas deuorant, sublati; lapillis ad moderatam grauitatem saburrantur: tunc se tollunt in altissima, vt de exceliori specula merentur, quas perant terras. Fideas metu prait cateruas: volatus desidiæ castigant, & quidem eas præsumptum est oculis deprehendere, quæ inter Taurinam sunt, & Paphlagoniam, id est, inter Caramben, & *κρῖς μίτρο-πυ.* Cum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant. Itanatura prodiderant, compluti sæpè ex illo casu, imbre saxatili; arenas non prius euomunt, quam securæ sedis suæ fuerint: concors cura omnium pro fatigatis, aded vt, si quæ defecerint, congruant vniuersæ, & lassas sustollant, vsq; dum vires otio recuperentur: nec in terra cura segnior; excubias nocte diuidunt, vt exsomnia sit decima quæque. Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quæ si forte exciderint, somnum coarguant: quod cauendum eris, clamore indicant: artem in illis prodit color, nigrescunt enim senecture.

APES.

Ex D. Gregorio Nazianz. orat. 34.

Descriptio LXIX.

Ποθεν δὲ μελίσσας τε, & ἀράχνας τὸ φιλεργόμ, & φιλότεχνομ, ἵνα ταῖς ἢ τὰ κηρία πλέκται, & συνέχεται δι' ἡραγώνων σφιγγωμ, & ἀνέλετρόμ, & τὸ ἑδραῖον αὐταῖς, διὰ τὰ μέσση διατεχίσματ, & ἀμαγῆς ἑπιπλεκόμενον ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν παραγματούχαι, & ταῦτα ἐν ζοφεροῖς αὐταῖς σιμέλοις, & ἀορατοῖς τοῖς πλάσμασι;

Vnde apibus, & araneis tantus laboris, atque industria amor, vt & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum, sibi que inuicem ex aduerso respondentium adiumento contineant, & per intermedium parietem, atque angulos, & rectis lateribus alternatim innoxos, domicilium suum fulciant, idque in tam caliginosis aluearibus, obscurisque figmentis?

CVLEX.

Descriptio LXX.

In magnis siquidem corporibus, aut certe

maioribus, facilis officina sequaci materia fuit; in his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio? quanta vis, quam inextricabilis perfectio? & sunt alia dictu minora, sed vbi visum in eo